

**1671** Ti. Claudius divi I. Erastus | scriniarius ab epistulis, | fecit sibi et | Valeriae Chione coniugi | suae, libertis libertabusque suis | posterisque eorum.  
*Amalfiae vel prope Amalfiam, origine fortasse urbana (X 527 bis descripta saec. XVI).*

**1672** d. m. | Ctesiae Aelii Cla|dei, a memoria | et cubiculo Aug.<sup>1</sup>, | ser.  
*Romae (VI 8618 vidit Henzen). — 1) Alia exempla officiorum horum in unum eundemque collatorum vide ap. Friedländer Sittengesch. 1<sup>o</sup> p. 191.*

**1673** d. m. | Artem[i]dori Aug. lib. adlecto | a memoria, | q. v. ann.  
XVII | d. XVII. Valeria | Philo[g]ene . . . | filio dulcissimo.  
*Prope Romam rep. adviam Salariam, sarcophagus ornatus (XIV 4062 descr. Gatti).*

**1674** dis manibus | T. Flavi Capitolini, | Hermeros Aug. lib. | a libellis et | Flavia Irene | parentes | filio dulcissimo, | vi. ann. VIII m. V.  
*Romae, nunc Florentiae (VI 8614 vidit Henzen).*

**1675** . . . | Quadrato | scriniario | á libellis, | Claudia | Tryphera | fecit | contubernali | suo.  
*Romae (VI 8647 descr. Pighius). — Initio fractam dedi coniectura.*

**1676** Ti. Iuli. Donati | acceptoris a subscr., | ollae n. XXXVI | propriae iuris eius.  
*Romae in eodem columbario in quo N. 4588 (VI 5181).*

**1677** T. Aelius Aug. lib. | Saturninus | a diplomatibus | sardonychi<sup>1</sup>, | alumno fidelissimo.  
*Romae, nunc Urbini (VI 8622 vidit Bormann). — 1) Diplomata significari ea, quibus facultas dabatur cursus publici, putat Hirschfeld Verw. I p. 105. Ea hic appellantur a gemma anuli, quo signari solebant.*

**1678** Aurelio Sym|phoro Aug. lib. | officiali (*sic*) veteri a memo|ria et a diplomatibus, | exornato ornament. | decurionalibus, | ordo splendissim. | civi | ob amorem et | instantiam erga | patriam | civesque.  
*Puteolis, nunc Neapoli (X 1727 vidit Mommsen).*

**1679** diis manibus | T. Flavi Aug. lib. | Abascanti | a cognitionibus<sup>1</sup>, | Flavia Hesperis | coniugi suo | bene merenti | fecit, | cuius dolore nihil | habui nisi mortis. | Scopus Ingenuo Admeto Passerino Atmeto.<sup>2</sup> (*Auriga coronam et palmam gerens quadriga vectus*).  
*Romae, nunc Urbini (VI 8623 vidit Bormann). — 1) Diversus sine dubio hic Abascantus a cognitionibus (cf. Mommsen Staatsr. II<sup>3</sup> p. 965 not. 2) ab eo qui fuit Domitiano ab epistulis, marito Priscillae, quem celebravit Statius silv. 5, 1 et qui memoratur VI 8598; cf. Hirschfeld Verw. p. 209, 1; Friedländer Sitteng. 1<sup>o</sup> p. 184. — 2) Scopus auriga est imperante Domitiano valde celebratus (Martial. 4, 67. 5, 25. 10, 50; 53. 11, 1). Nomina ablativo posita sunt equorum quibus ille vicerat (Henzen). Sane mirum est, haec titulo sepulcrali adiecta.*

**1680** d. m. s. | Victori et Urbicae | Aug. ser. parentibus | piissimis, Iucundus | Aug. lib. adiut. a cog|nitionibus, quo | usque spatium per|misit, renovavit. | Victor vix. ann. CII, Urbica | autem vix. ann. LXXX, | h. s.